

nes facere. Et quod istud Sacramentum sicut & cetera alia est à Christo Domino institutum licet à Dno Iacobo illis verbis promulgatū. Infirmitur quis in vobis inducat presbiteros Ecclesie, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini. & oratio fidei saluabit infirmum & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit dimittentur ei,

Iacobi cap. 5. Quibus verbis Apostolica traditione docet Ecclesia materiam, formam proprium ministrum, & effectum huius salutaris Sacramenti. Materia est oleum infirmorum ab Episcopo benedicendum. Forma vero iuxta Conciliū Florentinum, & Tridentinū Sess. 14. cap. 1. de institutione huius Sacramenti illa verba sunt. ¶ Quando oculi infirmo vnguntur. Per istam sanctam Vunctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquisti per visum. Quando aures, per auditum, quando nares, per odoratum, quando os, per linguam, vel per oris vitium, quando manus, per tactum, quando pedes, per incessum, quando renes, per ardorem libidinis. ¶ Porro effectus huius Sacramenti illis verbis explicatur. Et oratio fidei salua